

Appendix. — Europa Nro. 57.

Regnum Mortuorum.

Litterae familiares Vivos inter et Mortuos.

Ad virum celebrem Baconem de Verulamio.

De Mundo 1. Julii 1808.

Surge de tumulo, Baco! nomen tuum invocatur in quodam opere, quod novissime prodivit, continetque hominiam nostrae ignorantiae inter infinitam scriptorum farraginem. De Baconē Verulamio, ita dicit Author, celebri illo virilis Elisabethae Tudor Cancellario, nil aliud laudare possum, quam quod, ut dicitur, inter Polum Arcticum, et Salernum (ubi schola salernitana scripta erat) primum ens humanum fuerit, qui sapienter cogitare ausus erat, et palam confessus, quidquid inde a cunctis litterarum homines tradiderunt, didicerunt, et docuerunt, chaos inane esse.

Surge nunc Baco, et audi porro: — Ars, cogitationes et eventus instar ciborum, aut mumiarum condiendi, et in papiraceis fornicellis per saecula conservandi, est certe perfectio, qua libros componens, et legens regnum animale omnibus aliis entibus, quae terra, aer, et aqua continent, antecellit. Eorum, quae a tempore pia memoriae Joannis — Ulli Cadmus scripta, et typis edita sunt, tanta est quantitas, ut facile ex iis alter globus terraqueus formari posset; imo ingentem illum hiatum, qui inter veterum Romanorum, et inter nostram aetatem intercedit, auderem romanis, comediis, scriptis in prosa, et versibus, ac Ephemeridibus explere, ac omnia ita collocare, ut nec unica prudens series deleatur.

Et tamen arduum hoc scripturisticum opus est ars talis, quam nullum in orbe animantium genus nobis invidet. Pars longe maxima tantae farraginis scriptorum sunt narrationes, descriptiones, assertiones, disputationes, et controversiae de rebus, quas nullus mortalium scire potest; Relationes circa eventus, qui nunquam existenter, et tamen efronti cum ruditate describuntur, ac si praeter id ne verbum quidem ullum aliud sub ingenti caeli fornice verum esset; reliquum autem totum non aliud est, quam infandum peccatorum Regestrum, quod non aliud continet, quam caedes, rapinas, incendia, et alia scandala, monetque nos, qualiter a prima rerum origine Heroes, Dii, Theologi, Phi-

losophi, Juristae, Doctores, etc. etc. miserum genus humanum flagellaverint, ac denique de tempore ad tempus fuisse tamen aliquos singulares homines, qui his aut illa-
crimabantur, aut maledicebant.

Omar, ille Turca, qui per aliquot hiemes fornaces, suas tali nigro ad album calefieri curavit, non erat in hoc puncto tantus barbarus, qualis inique proclamabatur. — Forte a temporibus patrum nostrorum, et a memoria meae Aviae — subinde clam, et furive imprimebatur unum, alterumve *Notabene*, quod utcumque mereatur conservari. Inter omnia, quae nos Domini rationis hinc inde notatu digna egimus, videtur mihi summum, quod in Annalibus nostris certe Epocham facit, esse illud, quod in amaenissimo quodam oppido graeco, unde nostri Illuminati rationem et sapientiam sibi adferri curant, sua aetate quidam homo singularis, seminudus, die serena, cum accensa lampade omnes plateas pervestigans, sanam rationem, aut, quemadmodum hic protoparens Philosophorum accommode nimis expressit, — hominem quaesiverit.

Hic fuit ergo prima publica critica, primae viventes Litterariae Ephemerides, et prima Generalis lustratio dispersi generis nostri. Hic primus Aristarchus, et Professor rationis, verbis, et factis, sine metu, cum ingenua simplicitate, palam et publice dicere veritus non est; adeo celebrem, et laudatam superficiem nostri Planetae Numero III. seu mundum malignum, prout sancti eum nominant, in veritate nihil aliud esse, quam verum *Botany-Bay*, Cabinetum raritatum, et infirmitatum moralium, verumque stultorum, et mendicorum seminarium, lingua anglica *Bedlam* dictum. Magnus ille Columbus cum omni sua classica armata nec a procul tantam detectionem fecit, quantam ad speciem simplex hic Philosophus Diogenes cum sua laterna. — Quomodo? Si quis jam scit, ubi fixa ejus mansio sit, sciet etiam, qualiter semet gerere debeat. Caeterum et id verum est, nobili arti scribendi in acceptis referri, quod antiquus veterum finus adhuc hodie non oleat; — Quod propter aliquam insanam sententiam, aut quasdam immaturas cogitationes, quae aliquando ex abrepto enthusiasmo inter popula, aut in aliquo simili loco cuidam exciderant, et quas hebes quidam Auditor in calendario suo sacculi adnotaverat, vasti speculatores copiaverint, auctasque, vel detruncatas in omnes totius orbis lingvas traduxerint, et exegesis, ac commentationibus deferre maverint. — Quod horribiles scenae in nostro peregrinationis Instituto, Foliantes, Creditores, Politici, Inquisitiones, Talmudi. Concordata, Tractatus, Calamitates, et miseriae enatae — Quod arduo labore seminata, et admodum leniter germinans ratio, sem-

per i
fuerit

pereg
hones
nihil
nalis
saepe
quin
sitati
brica

pita,
opific
barba
homin
ritas.
ratiun
res de
diana
oecon
mnes
audere

H
volui,
quam
ret pro
vix ali
quam
Macca
tamen
potest
ad ad
Verula
jam a 6
tum p
dein q
Calend

B
S. Alba
bruarii
sophia
tione,
genia s

per iterum in ipso fundo, et radice contrita, et suffocata fuerit.

Super Microcosmo nostro potest quis multa milliaria peregrinari, quin minimum lapillum offendat; contra vero honestius unus Microsma, qui in sua ingenua simplicitate nihil aliud scit, aut credit, quam quod renes, et vesica urinialis unice ex fine hydrostatico eidem a natura data sint, saepe cum stupore observat; charam matrem naturam, quin eum de jure praemonuisset, in hocce primae necessitatis, et summe delicato canali dolorosissimam tophi fabricam erexerit — Minutiae in toto.

In Oriente dantur extraordinaria ingenia, furiosa capita, et Cannibales plures, quam peregrinantes sodales opificum; et tamen nullibi major est coecitas, stupor, et barbaries, quam ibi. In Asia, Africa, et aliis, quae ab hominibus habitantur, regionibus, sana ratio est certe raritas. Ordinaria calendaria, anecdotae, seu fabulosae narratiunculae, pagellae volantes, libelli quotidiani, quaestores domatim circumeuntes, cantilenas scuriles, et quotidianas veritates pro crucifero vendentes (etiam ex ratione oeconomica) ibi certo infinities plus efficerent, quam omnes Universitates; Cum tali uno Mercatore, et Cantatore auderem ego ex quovis pago Athenas efficere.

Ego per hanc vere orthodoxam homiliam non aliud volui, quam demonstrare id, quod cuivis alteri forte magis, quam mihi notum est. — Quod Magnus Hercules non valeret pro Praestigiatore; quod cum instructissimo Elephante vix aliquis leporem capere posset; Quod avis ex aere nunquam agrum simaret; Quod condimentis ex sacharo, aut Maccaroni vix aliquis diu oeconomiam sustentaret, quod tamen solanis tuberosis, pisis, et larido excellenter fieri potest. — Tandem, Deo sint laudes, venio hac occasione ad adplicationem — Amen, Amen dico vobis, Baco de Verulamio rectum habuit, adhuc est nox, et tamen Sol jam a 6000 anis est ante portam. Sapientissimum est, quantum possibile, omnem rationem in pecuniam convertere, dein quidquid scitu necessarium est, ex Ephemeridibus, et Calendariis accipere.

Biographia.

Baco (Franciscus Baro de Verulamio (Vice Comes S. Albani, et Cancellarius Angliae, natus Londini 12. Februarii 1560, Patre Nicolao Baco. Excellebat is in Philosophia, Theologia, Historia, ac Jurisprudencia aequa ratione, in arte quoque poetica versatus, ut inter prima ingenia sui aevi merito numeretur; erat praeterea affabilis,

mansuetus, sincerus, et munificus; quia vero ex nimia indulgentia erga famulos suos admisisset, ut a personis, quarum causam defendebat, pecunias acceperint, coram Parlamento inculpatus est, ubi aliqua confessus erat, alia vero negavit, aut refellere studuit; interim tamen sigillum regni eidem ademptum, et bona ejus confiscata erant, ipse vero ad carceres in Tower damnatus; unde brevi post tempore quidem dimittebatur, sed ad tantam devenit egestatem, ut ab Rege Jacobo I. opem imploraverit, ne pauper mendicare cogatur. Pleraque opera, quae ediderat, scripserat in hoc deplorabili statu suo, et obiit 19. Aprilis 1626. scripta ejus, inter quae praecipua sunt: *Novum organum scientiarum. De augmentis scientiarum, et Sermones fideles*, primum 1740 in lucem prodierunt, quorum aliqua etiam in linguam gallicam translata sunt.

Diarium Politicum.

Declaratio Ministri Russici ad Consulem Americanum Petropoli residentem D. *Harris*: Quod naves americanae, quae in Anglia non fuerant, portus russicos ingredi possint; attentos fecit speculatores mercium colonialium. Aulae, quae contra Angliam in armis stant, videntur in eo convenisse, ut commercium medio Americanorum promoveant, ad quod etiam Gallia indubie accessit. Minister non attingit jus visitationis, quod Angli contra omnes naves sibi tribuunt, sed ponit unicam conditionem; quae in Anglia non fuerant; Declaratio autem ipsa haec est: Ad tollendam ipsam possibilitatem nexus inter Russiam, et Angliam, decrevit Sua Majestas Caesarea, ut nulla navis, ex aliquo portu anglico veniens, etiamsi amicae nationis esset, et nullas merces veheret, ad portus russicos admittatur; contra vero naves, quae in Anglia non fuerant, liber ad omnes portus russicos pateat accessus, productaque regionis evehendi gaudeant libertate, unica illa sub conditione, ut domus commerciales, ad quas ejusmodi naves inviantur, cavere debeant pro eo; quod naves illae non in Angliam, sed in aliquam Russiae amicam provinciam destinatae sint. Americani ergo possunt in coloniis hollandicis, et gallicis merces coloniales accipere, et in Russiam, aliasque foederatas provincias devehere, quod pretium mercium colonialium necessario mutabit. —

ter jud
quider
aetate
quae
multo
totum

A
extrac
natum
spania
ginaens
hac a E
tiabi i
satura
sufficie
balis,
bras a
argent
ad Ca
fuisse
nia, e
tannis
Hispan
perator
Marcus
tate n
Hispan
rum ul
fundar